



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**S. Kiliani Franciæ Orientalis, Qvæ Et Franconia Dicitvr;  
Apostoli, Gesta, Varijs cum notationibus historicis,  
dogmaticis**

**Serarius, Nikolaus**

**Wirceburgi, 1598**

**VD16 S 5993**

I. De Historiæ huius auctore.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64132](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64132)

PRIMA NOTATIO.  
DE HISTORIÆ HVIVS  
AVCTORE.



Ius se nomen necdum reperisse profitetur Surius; profiteor & ego. tantum addo, veritatis perstudiosū, ex narrationis ipsius sine apparere. Qui ait: *Nihil eiusmodi asseramus quod incompertum habeamus.* Illigavit eandem historiam versibus, ante annos 237. D. Iohannes Erfordiensis, dictus de Luterbache, in S. Stephani cœnobio Monachus, Episcopi Capellanus & Præpositi Monasterij in castro Montis socius, prout in Manuscripto codice, quem mihi legendum vtendumq; is, quē paulò ante indicaui; D. Decanus Noui monasterij dedit, habetur. Versus verò illi eo ex genere sunt, quod ætate illa, in precio. sicq; incipiunt.

*Sanctorum mer* } *ita* } *norunt compungere m* } *entes.*  
*Cura solic* } } *studiousè pio recol* }

Inueni etiam vastum quoddam in Moguntino Societatis nostræ Collegio manu itidem scriptum volumen Lectionarium, in quo, de sancti nostri rebus gestis, ea, lectionibus nouè, proponuntur, quæ historiolum per sese aliquam possint constituere.

## II.

DE SANCTI KILIANI  
NOMINE.



Variè nomen hoc scriptum inuenio. Nam alicubi legitur Quillianus, alibi Chilianus, Chillianus, & Kilianus, in ipsius etiam Epitaphio, & quibusdam manu scriptis codicibus (a) Killena, & Kyllena. Eius originem quandam auctor noster indicauit, dum, quæ Martyres occidit; ita loquentem Geilanam inducit. *A calice Ki-*

*a Luterboch.  
Lect. Mog.  
Epitaph.*

*lia-*